

ב' ש

Dissertationis Academicæ

De

# ח'יס מושק

Seu

MARI FUSO,

In Templo Jerosolymitano.

Partem Priorem Philologicam

Sub Præsidio

PIRI, MAXIME REVERENDI ATQUE  
AMPLISSIMI

Mag. DANIELIS  
JUSLENII,

Sacr. L. L. Profess. Publici & Ordin.

D. v. die 23 Nov. 1723.

In Auditorio Maximo

Bonorum censuræ modeste subjicit,

GREGOR. G. STEENMAN.

Aboensis.

---

ABOÆ, Excud. E. FLODSTRÖM,  
Reg. Acad. Typ. in Magn. Duc. Finl.

S:Æ. R:Æ. M:TIS.

MAGNÆ FIDEI VIRO,

*Reverendissimo in CHRISTO PATRI ac  
DOMINO,*

Dn. HERMANNO  
WITTE,

S. S. THEOLOGIÆ DOCTORI  
*Excellentissimo,*

DIOECESEOS ABOËNSIS EPISCOPO  
*Eminentissimo,*

Regiaeque ibidem Academiæ  
PRO - CANCELLARIO

*Magnificentissimo,*

*itemque*

Vener. Consistorii Ecclesiastici  
PRÆSIDI

*Gravissimo,*

PATRONO & MÆCENATI MAXIMO,

Summa animi reverentia semper suspicioendo.

*REVERENDISSIME  
IN CHRISTO  
PATER.*

**V**ereor . immo summo-  
pere vereor , ne auda-  
cissimum facinus aggredi vide-  
ar , dum magno N omine Tu o ,  
Reverendissime in Christo Pa-  
ter , tenues hasce studiorum  
pri-

primitias illustrare sustineo ;  
non ignarus , tam magnis Vi-  
ris , tot ac tantarum rerum  
perpetua occupatione distractis ,  
nihil sistendum , nisi quod exi-  
mum & summo studio elabo-  
ratum : Favor tamen ille sin-  
gularis & proflus incredibilis ,  
quo omnes & singulos Musa-  
rum cultores , Tu , Tante il-  
lorum Patrone , complecteris ,  
itemque memoria ingentium  
beneficiorum , in Parentes  
meos collatorum , me ad id  
faciendum induxere . Non  
quod eo ipso dignam pro il-  
lis

lis gratiam referre me posse  
putem: sunt enim longe ma-  
jora, quam ut a me unquam  
debitis effterri laudibus, ne  
dum compensari ulla ratione  
queant; sed ut devotæ sic ob-  
servantiæ & gratissimi animi  
pignus tantummodo quale-  
cunque offerrem. Excipe igi-  
tur, Reverendissime in Chri-  
sto Pater, sereno vultu pri-  
mum hoc tirocinii mei rudi-  
mentum, quod ad genua nunc  
Tua, humillima animi vene-  
ratione depono. Quod reli-  
quum est, supremum Numen

sup-

supplicibus precibus imploro  
atque obtestor, velit Te, Re-  
verendissime in Christo Pater,  
quam diutissime in his terris  
superstitem, salvum & inco-  
lumentem, atque omnigena fe-  
licitate & gloria florentem tue-  
ri: in Ecclesiæ DEi conserva-  
tionem, Rei literariæ decus  
& emolumentum, Nobilissimæ  
Familiæ Tuæ gaudium per-  
enne, & mei denique ( si  
tam fidenter loqui fas sit )

clien-

clientumque omnium Tuorum,  
præsidium maximum atque  
certissimum! Sic pia & devo-  
ta mente voveo,

Tuus,

REVERENDISSIME IN CHRISTO  
PATER,

*Humilis Servus,*

Gregor. Steenman.

the first of the month of April 1860  
comes, I will then be writing  
you & signified I am in full  
possession of my reason &  
will be able to do what you

desire, & I will then be  
able to do what you

wish me to do.

I will then be able to do what you

wish me to do.

I will then be able to do what you

wish me to do.

I will then be able to do what you



et xxi. w.

## Præloquium.

 Um Salomo, sapientissimus ille Rex Israëlis, summo sumtudinem Deo exstruxisset, & omnia, quæ ritus Hebræorum postulare videbantur, confecisset; fecit etiam ingens vas ad cependam aquam, dictum in Scripturis Sacris פְּתַח־הַנֶּסֶת seu *mare fuscum* (a), ex quo Sacerdotes se lavarent. Prohibitum enim erat eis, in Veteri Testamento, tentorium conventus ingredi, & rem divinam facere, nisi manibus & pedibus antea lotis. Sic

A

enim

(a) Reg. 7: 23. Et Chron. 4: 2.

enim Deus ipse ad Mosen loquitur :  
*Facies etiam labrum aeneum, & scapum  
 ejus aeneum ad lavandum. -- Ut lavent A-  
 haron & filii ejus ex eo, manus suas &  
 pedes suos. Quum erunt ingressari ten-  
 sorium conventus, lavanto aqua ut non  
 moriantur . . . Lavabunt, inquam, manus  
 suas & pedes suos ut non moriantur ; hoc  
 esto illis statutum perpetuum, ipsi Aha-  
 roni & Iemini ejus per generationes eo-  
 rum (b). Sed quoniam Viri Clarissi-  
 mi atque Doctissimi in sententias di-  
 versissimas & plene abstrusas de hoc  
 mari abierunt , adeò ut quidam  
 Scripturam, ipsius rei veritate ne-  
 glecta , ad captum vulgi erroneum  
 loqui adstruant, atque sic veritatem  
 ejus ( quæ in æternum salva manet )  
 in dubium revocent ; Alii verò in-  
 fallibilitatem ejus agnolentes, Phi-  
 losophiæ veritatem , ceu Scripturæ  
 contrariam, ejus auctoritate corri-  
 gere conati sint, cujus tamen prin-  
 cipia sunt demonstrabilia non credi-  
 bilia :*

(b) Exod. 30; 18, 19, 20, 21,

bilia: Tirocinii itaque prima nunc depositurus rudimenta, argumentum hoc mihi tractandum elegi. Et quanquam, quod non diffitendum duco, aliquantisper in proposito hæsitavi, cum materiæ hujus difficultatem, & una ingenii mei tenuitatem perpendarem, tamen argumenti hujus nobilitas, ut & cordati Lectoris favor ac benignitas id effecere, ut scrupulam, qui injectus est, demum omnem evellerent. Numquam enim materia hæc, simili tractandi modo, quantum quidem mihi innoruit, in publico ventilata est. Si tamen res præter opinionem se aliter haberet, memores sumus effati ipsius Spiritus Dei per sapientissimum Regem, ita sonantis: *Non est quicquam novi sub sole (e).* Cui Comicus elegantissimus adstipulatur, judicans: *nihil esse jam dictum, quod non dictum sit prius (d).* Fave igitur hilce meis cœptis, Be-

ne vole Le<sup>c</sup>t<sup>o</sup>r; et si quid in his  
Tibi probatum fuerit, erit quod  
mihi impense gratuler; sin minus,  
spero id Te pro candore & bene-  
volentia Tua, quæ propriæ tibi vir-  
tutes sunt, in meliorem partem in-  
terpretaturum.

## SECTIO PRIMA.

## §. I.

**I**N limine statim hujus dissertatio-  
nis pauca de nomine hujus vasis  
notanda veniunt; Scriptura autem  
vocat id פְּצַח הָיָה seu Mare fu-  
sum. Vox מִזְבֵּחַ, quæ hic sibi praifi-  
xum habet מ demonstrativum seu  
Emphaticum, Clariſſ. Gussetio (e) a  
radice verbali מִזְבֵּחַ quassando fregit  
fieri videtur. Alii vero qui a יְמִם  
deducunt, vocem hanc etsi nunc  
deperditam, antea tamen usitatam  
fuisse adstruunt. Sed his omissis,  
sententiam eorum quasi optimam  
amplectimur, qui vocem מִזְבֵּחַ pri-  
miti-

(e) *Comment. Ling. Ebraic. ad hanc vocem.*

mitivam esse afferunt. Nihil enim prodest nobis in disquisitione vocabulorum deperditorum multum sudare, cum tamen nemo nostrum, an unquam fuerint, certo scire potest, sed nudæ manent conjecturæ. Fateor quidem huic sententiæ unanimem Grammaticorum consensum repugnare, qui radices Hebræorum omnes verbales faciunt, quod tamen non dum ab iis devictum, sed adhuc sub judice est. Si vero quis primitiva Hebræorum, saltem quædam, nominalia ficeret, vix a veritate deviaret, nam ipsa natura vocabulorum id innuere videtur; quid enim sunt verba, quæ aut actionem aut passionem significant, sine nominibus? An actio quædam aut passio fieri potest, sine præexistente subjecto agente aut paciente? Nomina sine verbis, sunt substantiarum, & rerum vere existentium. Et Nomina, quæ Adam primus indidit animantibus, omnia sive derivativa

credere, non fas est, nec nobis vero simile videtur. Sed ut revertar ad propositum unde digressus sum, vertitur vox ~~הַ~~ a Lexicographis *Mare*, *Lacus*, latiori tamen sensu sumta, quam in profanis scriptis solitum est, ita ut omnem collectionem aquarum innuat.

### §. 2.

Cum autem vox hæc varie accipiatur, ad primarias ejus significaciones attendendum, ut genuinum ejus sensum percipiamus, quo jure nomen hoc huic vase tribuitur. sumitur autem I: pro congerie & multitudine aquarum primitus omnipotenti virtute DEI conditarum, atque sic pro earum sede ac receptaculo קְרָא יְהֹוָה וּמִקְדָּשָׁה ~~הַ~~ & congregations aquarum vocabit maria (f) II: Pro mari mediterraneo, quod etiam mare magnum nuncupatur.

(f) Gen. 1; 10.

tur (g). III: *Pro lacubus, fluviis, paludibus* (h). IV: *Pro magna hominum multitudine ut placet Ravanello* (i). V: *Pro exercitu numerosissimo, vel hoste potentissimo* (k). Hæ sunt præcipuæ ejus significationes in Scripturis, cæteras omittimus, non enim nobis animus est, in his morari, quæ quisque in Commentariis ad fatietatem usque inveniet. Colligimus tantum ex iis, quæ in medium prolata sunt, vocem mare innueri imprimis ingentem aquarum mollem, quod etiam Hieronymius (l) agnoscit, dicens: *Quod autem omnes congregations aquarum Scriptura Sacra mare vocet, nulla dubitatio est.* Et alio loco (m), *Notandum*, inquit, *quod*

A 4

ORANIES

(g) Num. 34: 6, 7. If 1: 4.

(b) *Apoc.* 20: 13. (i) ex *Jes.* 60: 5. Confer.

v. 9. 566: 19.

(k) *Jer.* 51: 42. *Ezra*. 26: 31.

(l) ad Fabiolam, titulus Ravani. in  
Bibl. Sacra ad vocem mare.

(m) *Contra Porphyrium* citat. i b.

omnis congregatio aquarum, sive falsa  
 sint, sive dulces, iuxta idioma linguae  
*Hebraicæ*, *Maria nuncupentur*. Et Osi-  
 ander (<sup>n</sup>) scribit: *Hebrei aquarum*  
*collectionem paulo majorem mare vocant*.  
 Quare nomen hoc huic vase **conveni-**  
**entissimum** videtur, quod fuit vastum  
 & amplum valde, patebat enim 10  
 cubitos a labio ad labium, & ca-  
 piebat 2000 Bathos, id est, 500 am-  
 phoras holmenses ( Svetice *Sat /*  
*som drar 60 kanner* ) vel capere  
 potuit 3000 Bathos, id est 750 am-  
 phoras, ingens sane multitudo a-  
 quarum; quam Joh. Lundius per-  
 pendens, haud incongrue scripsit:  
 (<sup>o</sup>) Ist in warheit ein gewaltiges  
 waſſer / dannenheil es auch ein  
 Meer genannt worden / wie den  
 die Hebräer eine sehr große men-  
 ge waſſers ein Meer zu nennen  
 pflegen. Et Paulo antea: Dass es  
 wegen seiner großen ein Meer genen-  
 net

(n) *Cirante Polo.*

(o) *Jüd. Scil: Lib. 2: C. 14.*

net ward. Nec non Josephus (p) fecit etiam vas abenenum fusile /emiorbis specie, quod propter capacitatem appellatum est Mare. Et verisimile est Salomonem, sapientia, qua instructus erat divina, hoc ei nomen imposuisse, quod versio Arabica Brian. Waltoni (q) restatur, ita habens: Præterea fecit (Salomo) vas quoddam compositum ex ære fuso, & vocavit nomen ejus mare.

### §. 3.

Paucis itaque absolutis iis, quæ ad enucleationem prioris vocis pertinere videbantur; de voce פְּרַד verbum tantum addam: ea venit a radice פָּרַד quæ significat fradit, durescit, inde פְּרַד fusum, & dicitur de liquidis per se, & liquefactis ut auro, ære, & aliis metallis, quæ fusa rursum consistunt & firmiora sunt (r).

### A 5

### §. 4. Quod

(p) Lib. 8. c. 2. Antiquit: Jud.

(q) in Bibl. Polyglott.

(r) Buxi; in Lex: Eb: Chal: ad vocem פְּרַד

Quod vero ad Synonymiam pertinet, Hebræam aliquam vix inveniri credimus. Moles quidem mentionem facit תְּזַבֵּחַ בְּנָהָר tabri ænei<sup>(s)</sup>, quod tamen cum mari hoc in eo tantum congruebat, quod ex ære fusum erat, & lustrationi Sacerdotum destinatum, neque Moles labri alterius meminit ad lavandas carnes victimarum. Forma vero & quantitate in totum discrepabat, insistebat enim non duodecim bobus, sed יְבָשָׂה basi suæ, neque cætera, quæ de mari, ut labium, sculptura, pari modo de eo coñemorantur. Quoad quantitatem autem, haud magnæ molis eam fuisse, testatur status Iudaorum ejus temporis, qui in deserto vagabantur, & quibus castra sæpe erant movenda; Et imprimis, si illud portaretur, ut interpretes Alexandrini docent, inserto commate,

quod

(s) Exod. 30: 18.

quod in textu Hebreorum non legitur (1).  
 Καὶ λῆψοις ινδίου ποτφυρέν, καὶ συ-  
 καλύψσοις τὸν λαθῆρα, καὶ τὴν Βάσιν αὐτῆς,  
 καὶ ἐμβαλλόσοις αὐτὰς εἰς κάλυπτα δεξιά-  
 τικον ἵπποθηρον, καὶ ἐπιθήσσοις ἐπὶ αὐτῷ  
 Φορεῖσθαι.

§. 5.

1. Reg. 7:38. תְּשַׁבְּךָ יְהוָה כִּירְאֹת בְּחֶשֶׁת שְׁעָרָה וְיְמִינָךְ u. *decem*  
*tabra aenea* commemorantur, quae fe-  
 cit Salomo, ut abluerentur sacrificia  
 ex eis, & imposuit unum quodque  
 eorum *Basi sua*, decem תְּרוֹת כִּי super  
 decem תְּנַכְּתָה. Jeremias Chaldaeos,  
 cum templum cœlarent, inter alia vasa,  
 etiam in Babyloniam duo-  
 decim boves aeneos, qui תְּהִת מִזְבְּחוֹת  
 erant *sub basibus* detulisse tradit. Quod  
 autem bases a nobis nominatae, non  
 erant supra bubus sub mari, patet  
 evidentissime, ex ipso textu, ubi  
 dicitur

(1) Num. 4: post vers 15.

dicitur quinque earum collocatas fu-  
isse, ad latus domus dexterum, &  
totidem ad sinistrum, mare vero  
versus latus domus dexterum ad o-  
rientem e regione meridiei. Dein-  
de longitudo, nec non latitudo uni-  
us cuiusque earum 4 cubitorum e-  
rat, & 4 rotis altitudinis lesquicu-  
biti insistebant, quæ omnia sub ma-  
ri collocari potuisse, & boves sub  
rotis; absurdum est. Cum vero  
Scriptura per Scripturam sit inter-  
pretanda, ideo & locus Jeremiæ ci-  
tatus, non contra eam explicandus,  
sed conciliandus est. Aut quod vox  
**תְּהִלָּה**, quæ et si propriè significat *sub*,  
*subter*, aliquando tamen & *prope*,  
*juxta*, *infra*, denotat, ut Exod. 24:4.  
*Ædificavit altare תְּהִלָּה sub monte*, non  
enim sub ipso monte, sed prope  
eum. Quæ phrasis etiam latinis  
Auctòribus est familiaris, utpote  
Cornelio Nepoti (*u*). postero die sub  
montis radicibus acie e regione instructa.

Aut

(*u*) in vita Miltiad. c. 50

Aut quod תחת heic loci pro, vice,  
 loco denotat, ut & Gen. 4: 25. Posuit  
 mihi Deus semen aliud תחת loco Abel.  
 Quo etiam sensu B. Lutherus heic  
 loci hanc vocem accepisse videtur,  
 sic vertens: Die zwölff ehrne Kinder / die anstatt des gestüels gesun-  
 den. Nec non Versio Belg: De  
 twaelff metalen runderen / die in  
 der stede des gestoeltes stonden. Ua-  
 de hic sensus facile exsculpi potest,  
 quod Boves fuerint, tempore deva-  
 stationis a Chaldæis factæ, positi eo  
 loco, ubi Salomo primitus bases col-  
 locavit, quas Achaz fregisse legitur,  
 nec non removisse boves a Mari.  
 Aut quod magis credibile, hic intel-  
 ligi alias bases, de quibus plura de-  
 inceps (x).

### §. 6.

Synonymiæ itaque loco varias  
 versiones adducemus, reliquis cum  
 desti-

(x) §. 13.

destituti sumus. Dicitur id Chald.  
**תְּהִלָּה נֶסֶת** Græc. Θάλασσα χύν (y).  
*Mare fusum* (z) *Lacus fusus* Svec.  
 gutit Haaf. Fen. malettu Järwi.  
 Germ. gegessen Meer. Gall. une  
 meer de fonte. Belg. En gegoten Zee.  
 Ang. Molten sea (x). *Vas abenatum fu-*  
*sile.*

## SECTIO SECUNDA.

### §. 7.

**H**is autem defuncti, quæ ad ex-  
 planationem nominis hujus vasis fa-  
 cere videntur, figuram ejus, quam  
 Scriptura; ut brevissime, ita consum-  
 matisse nobis delineat, perlustremus.  
 Initiam autem facit a suprema par-  
 te hujus vasis, quasi a capite seu  
 principio, quando diametrum labii,  
 primo loco describit, Verbis in extu-

no-

(y) Pagn. Tigur. adducti Polo.

(z) Junius Tremellius.

(x) Flav. Jos. L. 8. c. 2. ant. Jude

nostro priori ita sonantibus: עַשְׂרֵה בָּאָמָה מִשְׁפָּטוֹ עַד — שְׁפָטוֹ סָכֶב  
 quod 70 Interpretes minus recte ver-  
 tunt: δέκα εἰν πήχει &c. Litera enim  
 ב in בָּאָמָה non est significativa, sed  
 redundant, ut ex contextu patet, &  
 ex linguae Sacrae lectione optime  
 discitur, conferatur Exod. 38: 12. &  
 26: 8. Sed rectius: decem cubiti fue-  
 runt, a labio ejus usque ad labium ejus,  
 rotundum fuit in circuitu, ut Versio  
 Vulgata Latina habet. Nec non  
 Versio Syriaca, quæ ex versione  
 Maxime Reverendi Domini PRÆSIDIS  
 mei latinè sic sonat: Decem cubiti a  
 labro ejus, usq; ad labrum ejus, rotun-  
 dum circumquaque. Fen. Rymmenen  
 konräntå ybdestå partasta nijn tol-  
 sen. Ita etiam 70 Interpretes ad  
 2. Chron. 4: 2. δέκα πήχεων τὴν διαμέ-  
 τρον σφραγίδην κυκλόθεν.

## §. 8.

Sed quoniam non omnes de hoc  
 labio idem sentiunt, sed varie expli-  
 cant

cant, itaque quod & quale fuit breviter perspiciamus. In textu exstat vox שְׁפָתָה, quæ oram rei, spatiū humidum intus hacentis denotat, vi metaphoræ a labiis animalis os cævum & humidum cingentibus (a). Et significat hic non supremam tantum lineam aut marginem, sed est pars lateris summa & extrema, oblique a perpendiculari deflectens extrorū ad formam Lili imitandam (b). Orbiculare seu rotundum, decem habens cubitos in diametro a parte labii interiore ad alterum i. e. linea recta per centrum dicta ab extremitate circumferentiae una ad alteram (c). Non sexangulare, ut quidam ex voce שְׁשִׁים statuunt, quam deducunt ex voce וּשְׁשִׁים, quæ sex significat, propter sex folia quæ Lilium habet. (Sed Gusletius (d) a וּשְׁשִׁים byssus deducit hanc vocem, & formam Lili ex curva-

(a) Guss. in Com. Ling. Eb. ad banc vocem.

(b) ibid.

(c) Piscator notante Polo.

(d) Comment. Ling. Ebr. ad vocem וּשְׁשִׁים D. S.

vatura heic saltem concipit) maxime tamen eam ob causam, ut triginta cubitorum circumferentiar, decem cubitorum diametro conciliarent. Sic enim Hadrianus Relandus (e) Quum autem lilia נַשְׁׂוֹשָׁן a sex foliis nomen habeant, videtur labium hujus basis sex quasi folia representasse, aut sex spatiis, quinque cubitos a se invicem distantibus, incisum fuisse, proximeque ad hexagonum accessisse. Atque ita Diameter decem cubitorum conveniet cum peripheria cubitorum triginta, quoniam diameter circuli, cui hexagonum inscriptum est, si decem habeat cubitos, quodlibet latus hexagoni dabit quinque, adeoque sex latera efficiunt triginta. Sed huic repugnant I: Clara Scripturæ verba סְבִבָּה לְזֶה: quæ verba, si explicantur, sive simpliciter de labio, quod illud exactè orbiculare seu rotundum in circuitu fuerit, quod innuit Fen: voce מִינִינִירְגָּסֶן: Sive de Diamo: tro maris, quod illa per centrum

B

ducta

(e) in *Antiq. Sacris Veterum Hebr.*

ducta, decem cubitos, a labio altero ad alterum circumquaque patebat, Svec. Tiso alnar brede / ifrån then ena bråddene til then andra rundt omkring. Ambae sententiæ pro nobis militant, & differunt verbis tantum, sensu tamen convenientissime, & plane idem sunt: Nam si labium simpliciter fuit rotundum, patet id nullo modo fuisse angulare; Et si a centro distabat ubique aequaliter, sequitur necessariò id fuisse rotundum. Sed urget aliquis verba  
 הַאֲכָל עַל כָּל־זֶבַח non dici de labio, sed de ipso mari: Et hoc est quod ambabus manibus concedimus, & eo sententiam nostram stabilimus; nam quicquid tribuitur mari ut toti, tribuitur etiam parti ejus, quod labium erat. Unde cum Piscatore (f) concludimus mare hoc fuisse rotundum in circuitu, tam parte summa quam infima, a summo ad imum. II: Positio Relandi, eisì primo intuitu firma

(f) quem Polus citat,

ma apparet, tamen facile corruit; diameter enim decem cubitorum erat a parte labii interiori, ut termino a quo, ad labii alterius partem interiorem ducta, ut terminum ad quem: circumferentia vero ambiebat. Cras-  
 situdo ejus erat palmaris, aut  $\frac{1}{6}$  cu-  
 biti, qua bis diametro addita, exi-  
 bit numerus  $10\frac{1}{3}$  cubitorum, cuius  
 circumferentia sexangularis esset 31  
 cubitorum. II: Si Scriptura data  
 diametro peripheriam adderet, me-  
 ram tautologiam committeret, &  
 inutilia describeret, necessaria omit-  
 teret, (quod nefas dicere) data e-  
 nim diametro, datur etiam peri-  
 pheria. Atque sic IV: de reliqua  
 statura maris sub labio, quæ tamen  
 major ejus pars erat, nihil certi re-  
 linqueret, sed jure obscuritatis ar-  
 gui posset, quod J. Lundius genui-  
 num ejus sensum non percipiens  
 minus recte fecit. Scribens: Wie es  
 aber unterwerth gestalt gewesen/ da-

20 von redet die Schrifft ziemlich duncel (g). Quare sententiam illam ut minus probabilem relinquimus.

### §. 9.

Alii verò circularem fuisse concedentes, tamen peripheriam hanc, decem cubitorum Diametro tribuunt (h): decem cubitorum fere; quia diameter ad circumferentiam se habet ut 7 ad 22 non ad 21. sed Scriptura minutias negligit. Pari modo Gussetius (i) Notasse commodum erit Scripturam non esse hic accuratam mensurarum respectu, nam ad diametrum 10 Cubitorum dixit perimetrum cubitorum triginta, qui debuit esse  $31\frac{2}{7}$ . hoc est interius, exterius verò erat  $32\frac{1}{2}$  fermè, atqui sic  $2\frac{1}{2}$  cubiti omisi essent, quod vix credere

(g) *Judisch Heilig. Lib. 2: Cap. 14.*

(h) Sic sentientes adducit Polus, *Mensurarium & Marianam*, confer. *Lund. proxime citato loco.*

(i) *Com. Ling. Ebr. ad vocem חנוך*

dere possum, præsertim in accurata  
hujus vasis delineatione, imprimis,  
quoniam Scriptura, si quid aliquan-  
do omittit uno loco, ejus men-  
tionem facit alio, hic tamen am-  
bo loca plane idem statuunt.

### §. 10.

Ut ergo Scripturæ auctoritas  
vindicetur, paululum ab iis dissen-  
tiamus, quod nemini mirum vi-  
detur, sic distingvendo loca: Dia-  
meter ducta fuit in suprema hujus  
maris parte, qua maximum pate-  
bat & amplissimum erat; Perime-  
ter vero infra circa ipsum mare  
sub labio. Quod Scriptura accu-  
rately ostendit, posita descriptione  
altitudinis hujus 5 cubitorum, in-  
ter decem cubitorum diametrum,  
& triginta cubitorum peripheriam,  
quasi digito monstrans, eas  
uno loco non metiendas. Neque  
Clariss. Gussetii auctoritas nos quic-

quam movet, qui omnes has men-  
suras intra in mari numerat, ex-  
cepito labio, sic enim scribit: (K)  
*Hoc labium potuisse adjuvare non modo*  
*qua repandum fuit, sed quia censent*  
*potest addititum super basis staturam* 5  
*cubitorum altam.* *Ipsum autem labium,*  
*tam altum fuerit ( tacetur enim ejus*  
*magnitudo ) quantum decere potuit se-  
cundum artis proportiones.* Distinguetur  
facile  $\overline{\text{לְבָב}}$  labium, a  $\overline{\text{לֵב}}$  statu-  
ra, propter diversum situm figuramque,  
quin etiam seorsim facta esse judico, ob-  
nimiam difficultatem, & deinde labium  
impositum statura, quo aucta fuit capa-  
citas. Etsi hæc in antecedentibus  
satis luculenterque refutata sunt ac  
demonstrata, cum tamen Auctor  
refugium querat in voce  $\overline{\text{לֵב}}$ ,  
rationem ejus, quam nullo modo  
percipio, paucis etiam examinare  
liceat.  $\overline{\text{לֵב}}$ , quæ venit a radice  
 $\overline{\text{לִב}}$  sicut, surrexit, nihil aliud de-  
notat quam altitudinem alicujus rei:  
fue-

(K) in voce  $\overline{\text{לְבָב}}$

fuerit ergo aut labii, de quo sermo est in verbis proxime præcedentibus, aut maris. Labio tantam altitudinem nemo ausus est tribuere, ergo est maris, de aliquo tertio hic sermo non est. Si vero maris, includetur labium, quod pars ejus, testante ipso Gusleio. Cum etiam diametrum 10 Cubitorum a labio ad labium infra mari collocat, duplex labium hujus vasis facit, quod absonum. Ex his quæ jam breviter prolata sunt, liquido constat labium hujus maris, non fuisse angulare, neque æquilater surgens, sed incurvatum, modice, atque repandum, ut sunt calices & lilia, & modice flexum in exteriorem partem, sunt ehim flores liliæ curvati. Et ut Lundius (<sup>1</sup>) habet: Oben war dīß Meer rund und beugte sich oben am rande etwas heraus wārh / wie ehliche becher sich oben am rande aus

B 4 schweissen

(1) Iud. Heil. Lib. 1. c. 14.

schweissen / und oben breiter als unten seyn / oder wie die rosen und lilien sich oben öffnen / daß sie oben etwas über und heraus heügen.  
 Alii vertunt, Et flos lili erat in eo,  
 id est, maris labium sharlam erat flo-  
 ribus lili (m) Et formavit super illud  
 figuram litorum ex ære. (n)

§. II.

Altitudo ejus quinque cubito-  
 rum, totius nempe staturæ maris,  
 labium etiam includit, & vastitas  
 ejus infra labium triginta cubitorum  
 in circumferentia habet, in textu  
 exstat סְבִבָּה שְׁמַרְתָּה יְסֵם פְּנִימָה שְׁלֹשׁ וּמִזְרָחָה  
 & varie explicatur. יְהִי quæ hic  
 cum ॥ redundante scribitur, signi-  
 ficat amissio, lineam, filum men-  
 surum. Alii existimant vocem  
 hanc denotare exactam ejus men-  
 suram, sine quavis sculptura, ut

(m) Par. Chald. Vertit Vatablus citan-  
 ce Palo. (n) Arabica Versio,

70 interpretes ad '2, Par. 4; 2. καὶ τὸ  
κύκλωμα τριάντα πέντε &c. Cui  
versio Svec. optime concinit: Och  
måttet rått omfiring war trettijo  
alnar. Alii vero lineam 30 cubi-  
torum ei obductam fuisse putant.  
Sic enim versio Arabica Br. Wal-  
toni: *Et linea triginta ulnarum hoc  
mare cingebat.* Versio Syr: *Quod li-  
nea triginta cubitorum cingebat ex omniis  
bus partibus.* Fen. *Ja juene kāvi  
vimbārins &c.* Alii filum ei obdu-  
ctum fuisse affirmant. Sic enim  
ad priorem locum verba sonant,  
in versione. Ar. *Obduxitque ei fi-  
lum aeneum longitudine triginta cubito-  
rum.* Vers. Vulg. Lat. *Et resticula  
triginta cubitorum cingebat illud per  
circitum.* Versio Syr. *& futura tri-  
ginta cubitorum involvens illud unde-  
quaque.* Fen. *Ja nuoran colmekym-  
mendā kynārātā sen vimbārins.*  
Quamcunque autem harum senten-  
tiarum amplectimur, ea tamen pro-  
iis pugnat, quae in antecedentibus

dicta sunt, nam id, quod ambiebatur, nullo modo potuit amplius esse ambiente.

## SECCIO TERTIA.

§. 12.

**H**ec fuit brevis delineatio hujus matis, quoad tres suas dimensiones textu indicatas, quarum rationem solidam volente DEO, parte posteriori trademus; sequitur nunc brevis expositio earum rerum, quae circa id notanda veniunt. Scriptura imprimis sculturarum duobus ordinibus circa illud tufarum mentionem facit, verbis in textu sic sonantibus: וּפְקָאִים מַתָּחָת לְשֶׁפֶת סָבֵב סְבֻכּוֹם אֲחֹז עִשְׂרֵה בְּאַמְתָּה מִקְנָפִים אֶת — הַיּוֹם סָבֵב שְׁנָיו טוֹרוֹם הַעֲקָנָעִים יַצְקִים לְיַזְקָרְתּוּ: Vox quam plurimi vertunt (o) colocynthide, fungi silvestres, vi-

de-

(o) Jun: &amp; Trem, nec non Buxtorf.

detur heic loci omne genus pictura-  
rum, scil. florum, foliorum, fru-  
ctuum; item animalium, sive cu-  
jusvis rei in ornamentum forma-  
tae, significare. Quod & versio-  
nes innuunt: Svec. Kruſting Fen.  
Knupit. Vers. Vulg. Lat. Sculptura.  
German. Kneten. Belg. Knopen.  
Chald. figure orarum. Syr. Capitella.  
(p) sculpture striata. Striz autem sunt  
canaliculi aut sulci, que per lignum  
aut as ducuntur ad elegantiam, ita ut  
una pars emineat, altera subsidat. Et  
quicquid Scriptura generanter &  
Reg. 7: 23. describit, id posterio-  
ri loco 2 Chron. 4: 3. compleat,  
quando similitudinis boum mentio-  
nem facit, duobus ordinibus fulo-  
rum circa ipsum mare, decem uno-  
quoque cubito. Alii hoc ita explicant:  
*Decem cubiti ambientes mare*, Chal.  
Vel, *decem cubitis ambiens mare*, Vers.  
Vulg. Lat. Hnc quidam fingunt  
ma.

(p) Cornel. a lapide citante Polo,

mare hoc fuisse conicum, seu ar-  
ctius versus fundum. Sic enim  
Menochius (q) *Ex quo loco istius va-  
sis ambitus, quod semper angustius erat  
versus fundum, ab decem cubitos reda-  
ctus erat, ex eodem celaturæ adhibitæ.*  
Quod minime concedimus, nam  
capacitas hujus maris sic plus di-  
mido minor fieret, & quomodo  
ter mille bathos caperet non col-  
ligo.

§. 13.

Relandus ex citato Jeremiæ  
loco, ubi 12 Boves dicuntur fuisse  
תְּחִתַּת המבנויות *sub basibus*, duplex  
fulcrum hujus maris, cuius cir-  
cumferentiam 10 cubitorum, &  
מִקְעָד illud cinxisse, fingit, Scri-  
bens: (r) *Sub hoc mari fuere מבנות  
quo nomine duplex fulcrum intelligimus,*  
id-

(q) notarre Polo

(r) in *Antiq. Vet. Hebr. Parte i Cap.  
6. §. 9.*

idque circulare, in quo representati erant  
duo ordines formarum bovinarum, to-  
tum mare eingentium, que פקיעין  
1 Reg. 7: 24. dicuntur. Vide 2 Chron.  
4: 3.

תחרץ לו רמות בקרין ו 1 Reg. 7: 24. תחרץ לשפטו sub  
tabio maris fuisse dicuntur, quod scili-  
cet paulo supra hos ordines boum, vas ipsum  
in formam labii sticti inciperet: nam  
clarum est תחרץ לו idem esse, quod  
תחרץ לשפטו ex collatione duorum lo-  
corum modo adductorum. Videtur hoc  
fulcrum in circuitu 10 cubitos habuisse  
עشر באמות 1 Reg. 7: 24. (quod alii  
reddunt, 10 fuisse formas bovinas in  
cubito; sed ארבע באמות 1 Reg. 7:  
27. ו commate 2, eadem verba עשר  
que cubitos 4 ו cubitos 10 no-  
tant, pro nobis faciunt) ו ad firmio-  
rem hujus vasis constitutionem esse fa-  
bricatum. Sub his fulcris, תחת מכינות  
(Jer. 52: 20.) fuere 12. Boves aenei, ner-  
sus 4 mundi plagas respicientes, qui  
תחרץ חום sub mari fuisse dicuntur  
1 Reg. 7: 24. ו 2 Chron. 4: 15,  
Cum Auctor duplex fulcrum no-  
mi-

minat, incertum est, an unum, an  
 vero duo fuisse existinet: loquitur  
 enim tam in numero singulari,  
 quam plurali. Nobis ramen idem  
 est, nam ambo negamus. Eo e-  
 nim quo id collocat sub labio,  
 aut statuare maris maxima parte  
 negata, ejus loco fulerum ponit;  
 aut ea concessa, fulera, non unum,  
 sed duo, ad latera ejus fingit. Si  
 prius, fulcrum unum, non duo, vi-  
 detur statuisse, atque id aut  
 solidum, aut cavum. Si solidum,  
 totum mare nihil aliud esset quam  
 labium, quia ΚΑΥΨΩ, quæ in ful-  
 cro erant ex mente Relandi, etiam  
 erant statim sub labio, quod absur-  
 dum. Si cavum, responderet illud  
 illi parti maris, quam nos trigan-  
 ta cubitorum in circumferentia  
 fecimus, atque sic & perimetro,  
 quam ter, & capacitate, quam  
 novies minorem colligit, auctor a  
 nobis dissentirer, quæ sententia pro-  
 xime refutata inconvenientior.

Scriptura etiam non loquitur de fulcro, sed מכוורת fulcris. Si vero auctor duo fulcra sub labio, concessa statura maris debita, collocat, valde hallucinatur; nam ea, quæ ad firmiorem hujus vasis constitutionem fabricata fuisset docet, sub labio (quod 3<sup>2</sup><sub>ii</sub> cubitos, tanta enim tuisset diameter fulcrorum, si peripheria 10 cubitorum, se non extrorsum flectebat) tam firme collocari non poterint, ut totum mare sustentarent. Nam si boves non erant sub fundo maris, sed sub fulcris, sequitur mare secundum hanc positionem non incubuisse bubus, sed ex labio super fulcris suspensum fuisset, quæ minime cohærent. Sed verba מכוורת תחרת expli-canda, aut prope fulcra aut loco ful-crorum, ut in præcedentibus dictum (s). Aut quod magis verisimile videtur, scripturam per מכוורת hic in-

innuere, *falcos* sub fundo maris ductos fuisse, ut tanto firmius infisteret bubus.

§. 14.

Neque statura maris hujus sub labio erat forma quadrata, decem cubitorum ab angulo altero ad alterum, seu quadraginta cubitorum in circuitu, quam **כָּנַעַן** sculpturæ cinxissent, ut vir alias Ereditissimus Joh. Lundius (t) ex lyra (u) & R. juda Leone conatur probare, nam in Scriptura nulla hujus formæ vestigia inveniuntur, sed altum est silentium, quæ tamen nobis magis est quam omnium historicorum scripta ac monumenta, quæ & Scripturæ & sibi ipsi adverfantur. Nam Scriptura cum docet **כָּנַעַן** strias fuisse **בְּאַמְתֵּן** decem in cubito, ille

(t) Ind. Heil. Lib. 2. c. 14,

(u) ad hunc locum.

le contra ne unum quidem, multo  
 minus decem in unoquoque cubito  
 numerat, 32 in universum fuisse exi-  
 stimans. Lyra etiam a R. Juda Leo-  
 ne in tantum differt, quod ille par-  
 tem illam quadratam tres cubitos al-  
 tam, & rotundam duos, fuisse opi-  
 netur, hic vero parti quadratae du-  
 os cubitos, rotundae tres tribuat (x).  
 Neque Auctor aliam ac firmiorem  
 rationem suæ tententiæ dat, quam  
 quod duodecim boves non percipit  
 bene sub fundo maris globoso, collo-  
 cari posse. Quod nos non globo-  
 sum, sed planum facimus. Nam Jo-  
 sephus minus accurate maris hujus  
 delineationem describit, quando id  
 seniorbis specie, & in medio sui  
 depresso fuisse testatur (y).

Sed erat exakte cylindraceum, e-  
 jusdem vastitatis supra ac intra, per  
 totum mare (excepto labio, quod se-

C

pau-

(x) citante Lundio Jud. Hist. lib. 2. c. 14.

(y) Antiq. lib. 8. cap. 2.

paulatim extrorsum flectebat ) triginta cubitorum in peripheria, & sub fundo planum. Atque sic Bubus æquæ ac si quadratum esset, insistere potuit. Boves verò qui paululum a vento cardinali se ad laterales flectebant, sub ejus tamen nomine, quem proxime respiciebant, comprehenduntur.

### §. 15.

Quidam vero eorum, qui decem cubitis vertunt, סְבִיבָה Sculpturam non torum mare, sed tertiam ejus partem cinxisse existimant (z). Sed textus clarè habet סְבִיבָה, circum ambiebant illud. Alii vertunt, Decem cubitorum ambiens mare, i. e. licet mare haberet decem cubitos in diametro, nihilominus per totam circumferentiam ambiebant mare (a). Et hoc ipsum

(Z) Cornel. a Lap. ex Sanit. citante Polo.

(a) Ofiander adductus ib.

ipsum mare quod decem cubitos patebat  
 cingebant nudi, Vertit Strigelius (b)  
 Nec non B. Lutherus. Und umb  
 das helbige Wier/ das zehen Ellen  
 weit war/ giengen knoten etc. Hæc  
 explicatio non improbanda si sane  
 accipiatur. Et mare quod decem  
 cubitorum erat (diametro a labio  
 ad labium superius) ambiebant  
 □יְבָד circumquaque (intra la-  
 bium). Ut & Svec. Om thet sam-  
 ma Hafvet / thet tijo alnar bredt  
 war / (nemligent ofwantill) gick en  
 Krusering uth med thess Brädd.  
 Vertio Fennica heic plane obclu-  
 ra est: Totea catcki kawit ymbå-  
 rins sitå hymmendå kynäråtå; non  
 enim diameter eo loco 10 cubitorum  
 erat, quo peripheria ducta, ut in  
 præcedentibus demonstratum. Alii  
 vero & quidem non incorgue ex-  
 plicant *in cubito*, nam etsi litera C  
 in prioribus redundat, non tamen  
 inde sequitur, eam hic non signifi-  
 C 2 cati-

cative positam esse, quod ad priorem locum observavit Fen. Rhinimmen jocaihella Rhinarrallā Järwe ymbarins: habetq; suos applautores haud paucos. Sic enim vertunt plurimi (c) decem in cubito (sub uno (d) ambiebam mare per circuitum. Sed tuerintne striæ istæ decem in uno ordine seorsim, an verò duobus simul sumtis, certò definiri nequit. Prius Piscatori arrider, qui de hac re sicut sentit: *Decem scil: figura boum, vel capitum bnum, in unoquoque cubito, cum itaque circumferentia erat cubitorum 30. Boves erant 300 in uno ordine, in universum vero 600, quia ordines erant duo* (e). Nobis tamen probabilior videtur hæc Malvendæ sententia (f) *Decem erant in cubitis singulis, sed in duabus ordinibus, ad labium quinque, totidem* ad

(c) Tremell. nec non Piscator, Pagninus, Munsterus, Capella, Mariana, Malvenda, notante Polo, ut & versio Gallica.

(d) Vers. Tigurina.

(e) Citatus Polo,

(f) ibid.

fundum, in universum 300 erant (præter 12 Boves) ad ornatum hæc adhibebantur. Plurimi existimant eos, non flos esse tantum ad ornamentum, sed etiam ad usum quendam, ut per eos tanquam epistomia, aqua educeretur (g). Hanc sententiam imprimis Transl. Bibl. Belg. sovet, cum ad priorem locum ita notat: Twee randen die emgerdden de zee / rijkelijk verciert met ossenhelden/ ende in de oſenhoofden waaren huysen / waer lancx men het water wtdeide. Stante vero hac sententia sequitur tuberculæ ista non directe supra se invicem fusæ tuisse, sed oblique, ut omnes simul usum præstare possint, quando Sacerdotes se lavare vellent.

### §. 16.

Deinde imposuit mare hoc 32 Bubus, quorum tres respiciebant  
 C 3 aqui-  
 (g) *Tirinus Polo adductus,*

aquilonem, tres occidentem, tres meridiem, & tres orientem, ac omnia eorum posteriora intus, id est, latitabant sub mari. Et videntur hi solidi fuisse, ut tanto ponderi ferendo, maris scil. (quod *Vitthalpandus apud Walthon.* ad 8640 centipandios numerat) & aquarum, pares esse possent (b). Quantitatem eorum, staturæ boum ordinariæ, parem fuisse existimat Lundius (i). Et docent interpres in ore cujusque illorum fuisse verticillum, unde aqua hauriebatur (k). Quæ sententia quodammodo dubia videtur; nam mare non malleo elaboratum, ut Lundius loquitur, sed futum, & deinde impositum bubus, qui etiam seorsim fusi erant. Et 2 Reg. 16: 17.

ubi

(b) *Lund. Thud. Hell. Lib. 2. c. 14.* &  
*Menochius cit. Polo.*

(i) *ibid.* (k) Sic sententem adducit *Menochium Polus.*

ubi Achaz lacum deposuisse a Bubus, & pavimento lapideo impo-  
suisse traditur, nihil de foraminibus istis legitur. Neque iis opus  
esse videtur, tot enim alias erant,  
ut multi simul lavare possent. Di-  
ximus hanc sententiam dubiam vi-  
deri, non tamen absolute nega-  
mus, nisi quis hinc boum cavi-  
tatem conatur probare, quam nos  
negamus. Boves hos ad quatuor  
mundi plagas versos existimant  
quidam <sup>12</sup> Christi Apostolos my-  
stice significasse, qui iussu ejus per  
omnes mundi plagas prædica-  
runt (k).

### §. 17.

Postremum collocavit mare hoc  
in atrio Sacerdotum versus latus  
domus dexterum ad orientem e re-  
gione meridiei, qnod etiam חצ'ר הפנייטוּת atrium interius, sisannidi-  
nen C 4

(k) Corn. a lapide adductus Polo.

חצר אֲשֶׁר Cartano (1), nec non בַּיּוֹתְרָה Wiedelgård som för Herrans huus war (2) vocatur, & erat muro circumbatum, ædificisque pretiosissimis exornatum (3). Illud 10 Cubitis altius Atrio exteriori seu magno (4) fuisse putat Lundius (5). Neque plura atria Salomon exstruxisse legitur. Nam atrium Gentium, quod Lundius tertium facit (6), in templo hoc primo nullum fuit, Sacri Scriptores ejus mentionem nusquam faciunt, uti nec interpretes Judæi. Meminit quidem Rex Salomo in precibus ad DEum fusis, quum templum dedicaret. I Reg. 8: 41. הנכרי perigrini, qui non esset ex populo Iudaico, וְהַבִּירְתָּן חָזֵן אל:

Ve-

(1) I Reg. 6: 35. וְ7: 12.

(2) 2 Chron. 7: 7.

(3) Jud. Heil. L. 2. c. 20.

(4) 2 Chron. 4: 9.

(5) L. ibid. c. 24.

(6) ibid. Cap. 13: וְ27.

Verum per peregrinum intelligi debere  
hominem eo tempore quo adoraret, ad-  
huc Sacris Gentium addictum, אלְעַבְדֵּת הַבּוֹרָךְ debere reddi per in hac æde,  
non ad vel apud eadem banc, nondum  
est demonstratum (r). Et videtur ille  
seniū latiori vocem atrii sumfisse,  
quando חֶרְבִּתְהָן sub eo nomine  
comprehendit (s), quam Iudæi ve-  
teres, qui spatiū חֶרְבִּתְהָן di-  
ctum semper opponunt atriis tem-  
pli העֲרוֹתָה. Atrii novi mentio fit 2  
Chron. 20: 6. quod aliquod ter-  
tium a duobus prioribus distin-  
ctum non erat; nam imperante  
Menasse dñi post Josaphatum, duo  
tantum atria Templi memorantur  
(t), uti & apud Ezechielem c. 40 &c.  
quibus nonnisi templi primi atria  
intelligi possunt: Sed novum di-

C 5

ci-

(r) Rel. p. 1. c. 6. §. 6. Conf. c. 8. §. 9.

(s) Iud. Heil. L. 2. c. 27.

(t) 2 Reg. 21. §.

citur, quia ab AIA renovatum (u):  
 טרָנָה autem sive novum Hebrei appellare solent, quod renovatum est (x).

*Gloss. 29. v. 4.* Putat Gottanus haec lotio  
 re totum corpus fuisse §. 18. abludum, non  
 manguntur. I. pedes, ut fiebat in lotione  
 hy giusti etiagi. *Terenti annos: in cod. p. 390.*  
 Usus hujus maris erat, ut sa-  
 credores se ex eo lavarent. Quo-  
 modo autem ista lotio fiebat, de  
 eo non omnes conveniunt: sunt  
 qui putant eos corpora ei immer-  
 sisse, quare etiam vertunt *in eo*.  
 Sed hanc sententiam ut minime  
 tolerandam reiicimus. Non enim  
 decebat, ut in vas illud quod  
 mundissimum esse oportebat, Sa-  
 credores pedes immitterent, & in  
 conspectu populi, quod sine scan-  
 dalo minime fieri potuisset, se nu-  
 darent, ut nihil de altitudine ejus  
 dicam, quæ tanta fuit, ut haud  
 fa-

(u) 2 Chron. 15: 8. confer. Lund. Lib.  
 2: C. p. 24.

(x) Rel. in antiqu. p. 1. c. 6. S. 5.

facile in id ascendere , & ex eo descendere potuerint ; sufficit eis fuisse præceptum , pedes tantum & manus ut lavarent , quod etiam a Josepho bene observatum (z) : *Omnibus deinde aqua repletis, mare quidem in eum usum assignavit, ut inde Sacerdotes templum ingredientes manus ac pedes abluerent, ad altare ascensuri.* Alii existimant eos coronam ascendisse ; sed quoniam Scriptura hujus mentionem nullam facit , itaque eam omittimus. Et eorum sententiam approbamus , qui aquam per plurima epistomia semper sperta defluxisse , & ab eis exceptam fuisse tradunt.

### §. 19.

Unde vero aqua in mare istud venit , methodus postulare videtur ,

ut

(z) *anrig. Jud. Fib. 8. C. 2. Conser J. Lund. Lib. 2. Cap. 14. & Polus ad hunc locum.*

ut describamus ; sed quoniam hu-  
jus rei monumenta haud multa  
supersunt : pauca ex Lundii Ju-  
disch. Heiligt. in transcurtu pro-  
feramus , recitatis verbis impri-  
mis L' Empereur ( a ), quæ huic  
rei quandam lucem commodare  
videntur : *Cum regio Beniamitica  
eſſet omnium altissima, de extruendo  
ad fontem Hetam ( ubi regio al-  
tior ) templo deliberatum fuisse : sed  
cum in mentem veniret citati Testi-  
monii , quo jussi videbantur Iudei  
ut, in humeris non in capite Ben-  
jaminis ( ut explicat Gloſſa ) id eſt,  
non in altissimo , ſed paulo humili-  
ori loco templum exſtruxerunt ; pro-  
mouiffe paululum , ut in Sortem  
Iude ex parte dederet adiſcium.  
Hinc videmus Hetam in Benjaminē  
fuisse*

(a) Ex Gemara tam Hieros. quam  
Babylon. adducta Mischn Mddot.  
c. 3. hal. 3.

fuisse extra templum ad occidentem ejusdem : An vero hic fons ab Heta-  
tam nomen habuerit , quod inde a  
civitate Hetam in tribu Iudee 2 Chron.  
2: 6. vel pago Hetam in Simeonis  
tribu 1 Chron. 4: 32. fluxerit , expen-  
datur amplius. Hunc fontem Lun-  
dius in horto Salomonis , qui  
4500 cubitos ab Jerosolymis dista-  
bat, situm fuisse docet, & ex eo  
aquam tanta copia exastuasse , at-  
que in atrium ductam , ut non  
solum hoc mare una cum decem  
labris illa impleretur , sed etiam  
ad omnem usum sufficeret. Sic  
enim Auctor habet : Von die-  
sem Wasser giengen röhre / nach  
dem ehernen Meer / und Kessel im  
Tempel Salomonis. Mit diesem  
Wasser konte man den ganzen  
Borhoff überlauffen lassen (b).  
Et putat Auctor per fistulas , quas  
in pedibus boum fuisse opinaba-  
tur

tur, aquam mare ascendisse, & per  
 ☨yp̄ seu tubercula iterum et-  
 fluxisse, idque semper sine mora  
 per dies noctesque, ut haud dis-  
 similis fonti exastuanti esset; a-  
 quas vero effutas collegisse se in  
 canali, in pavimento forma qua-  
 drata ducto, & inde per caver-  
 nas & foramina in urbem deflu-  
 xisse, seque congregasse, ut Wa-  
 genseil purat ad formandam pisci-  
 nam Bethesda inde ortam; aut  
 quod Auctori magis placet, a-  
 quas has in torrentem Kedron  
 defluxisse (c).

### §. 20.


Ester hic locus haud pauca  
 dicendi de cubito Hebraeorum,  
 &

& Bath, ut & de capacitate hu-  
jus maris, nec non de accura-  
ta diametri & perimetri designa-  
tione; sed quoniam hæ accuratio-  
rem merentur indagationem, quam  
hæ pagellæ capere & temporis  
angustia tolerare potest, in aliud  
tempus, si DEO ita visum fuerit,  
reservamus. Sed priusquam clau-  
sulam huic dissertatiunculæ impo-  
nimus, preces, quas pia mens  
concipere potest devotissimas, ad  
cœlum mittamus. Velit DEUS  
T. O. M. Fons ipse bonitatis,  
patriam nostram clementer pa-  
ce & felicitate beare, Templa  
una cum iis, quæ ad ea per-  
tinent, defendere, & ab omnibus  
periculis conservare, ut gloria  
habitet in Terra nostra, Benignitas  
& Fides occurrant inter se, justitia  
& pax osculentur se invicem, Fides

*e terra germinet, & justitia e cœ-  
lis prospectet, Etiam Zehova det  
quod bonum est, ut terra e-  
dat proventum suum.*  
*Amen !*

Psalm. 85: 10, 11, 12, 13, 14.

Soli DEO Gloria,



VIR JUVENIS

Literarum Morumq; cultura Ornatussissimus

DOMINUS

GREGORIUS STEENMAN

Aboënsis

Per 'Avayqámu

EN! BIS EGREGIAS\* MONES  
ORNATUS!

**E**N! BIS EGREGIAS artes, doctissime  
STEENMAN,

Monstrabis, dum non obviae unique MONES.  
Quid latices sacrae doceant, quid culta Ma-  
thes,

Corsalis, mox docta colligis atque manu.  
In Mare descendis sinuosis fluctibus aletum,  
Dum Solymi molem vis numerare maris.  
Hinc eris ORNATUS meritorum Laude per-

avum,

Laurea siveque comas cinget, Amice, Tuas.

\* artes

Sic ut potuit, non ut debuit,  
in pignus Amicitiae non  
fucatæ accinere Voluit

JOHANNES Heinr. JULINUS  
Aboënl.

*Eruditione morumq; elegantia conspicuo*

DOMINO

GREGORIO STEENMAN

Fautor & Amico integerrimo!

Dum sublime paras Parnassi scandere culmen,

Nec non ingenii prodere signa Tui,  
Aspiret primo ridens Fortuna labori,

Tu simul & cœptum perfice mentis opus.

Perficias, nam Te coluisse fideliter  
artes,

Ecce satis monstrat nunc opus  
hocce Tuum.

Gratulor ergo Tibi, grates Tibi dicimus omnes,

Quotquot habet socios Natio nostra Tibi.

Hec pauca honoris &  
amoris testandi ergo  
apponebat

MICH. LUNDANUS.

Ad

*Dominum Respondentem*

**GREGORIUM STEENMAN,**

**D**Um mare mensuras pretiosi fusile Templi,  
Et simul ingenii das monumenta  
Tui.

Gratulor hæcce Tibi pulcræ conamina  
na mentis,  
Præmia pro meritis læta Deusque  
dabit.

Declarandi affectus caussa  
populari suo scripsit

**JACOB DEGERMANN.**

---

Till

**Sin høgt-åhæde E. Broder.**

**E**t år i sig och nog wähl rart/  
Når Stiernor af oändlig art /  
Med Silfver-strålar lyja/  
The fägna os/ ehuru wähl  
Ett mörcker all vår inre siâhl  
Kan komma til at rysa.      **Hur-**

Hur ser det och en prächtigt ut?  
När hvar om ann lijk som i knauth/  
Man Gull och Bårlor fattar :  
Ja mången vågar Lijf och Blod /  
Och glömmar bort sin Skapar god /  
Så högt dem Werlden skattar.  
Men kostligast iag funnit här  
Det wara / när som Dngden är  
Med Konst och Wett förbunden ;  
Eij kan Hon utaf Lyckan blind /  
Desi med- ell' mot-gångs starka wind /  
Blij nånsin öfverwunnen.  
Så Rijkdom snari beröfwas plår /  
En Bias doch alt med sig bär /  
Och af sin Konst ej lemnas.  
När Stiernor med ett grusligt knall /  
Och annat få sitt underfall /  
Hans löhn ån honom åmna s.  
Iag känner nävlig sielwan mi  
Af Glädje / när min Bror ja z Tig /  
Seer på Parnassi högder /  
Iag önskar GUD välsigna mi  
Zitt Arbet / och Tig lönna så /  
Örji här / och ther med frögder!

MICH. STEENMAN.

